

Mirkinio.

C. Hugenus Abr: Mirkinio.

S.

(259)

Placet instituti ratio, quâ puellorum meorum ingenia explorare et exercere coepisti. Commendo ut iisdem vestigiis sedulo insistas, observatis non sibi elementis modo, quæ ad captum illorum exaravi. sed paucis etiam præceptiunculis, quas, tibi potissimum dirigendo, prout ex usu visum fuit, in procinctu congressi. faciunt illa ad mores junta atque eruditionem. utriusque par habenda ratio est in hac atapula, quæ sibi relicta facile in sinistram elabatur. Id ne fiat diligentia tua et probitati, iterum atque iterum committo. Vale ac de progressu quem in singulis quotidie observabis, nonnumquam me certior rem, facito. Ad Bredam. Id: Nov: Seatil: C1616CXXVII.

S.

(260)

Mirkinio.

Cupio, mi Mirkini, ut quam sæpiusculi me certiorum, facias, quid agant puelli mei, ut studia ipsorum procedant, et quid in singulis observaris, quod a me expediat correctum aut laudatum. Cum rudimentis porro, quæ opinor brevi devoraverint, summo opere commendo, ut ab omni genere vocabulorum inveniã probe instructos. Itque ut atque ordine fiat, necesse erit, singuli in libellos ad hoc conuotos, suâ manu referant, quotcumque vocabula, de præeunte exceperint, unâ cum interpretatione (Latinâ ex aduerso oppositâ). In eâ res quo rursum confusio ^{erit} mutetur, curabis ut singulas in suas classes suo Marte redigant, quas in folia aut paginas sic distributas velim, scilicet ut unus locus pagina, vel etiam plures paginae sint, nomini substantiuo, suus Adiectivo, suus Pronomini, verbo, Aduerbio (nam de Participio non est quod hic solliciti simus) Præpositioni, Coniunctioni, Interiectioni. His enim dictionariolis, suâ manu collectis tam familiariter assuescent, ut quam maxime in promptu habituri sint, quæ necesse est vocabula circa hæc initia non ignorent, fietque procul dubio ut paucis mensibus Latine sic balbutiant ut de leuisculis Grammaticæ et porro etiam Syntaxicos regulis admoniti, non deinde et fabularum perfectione facilem dicendi copiam acquirant. Vale et quod dicebam sæpiusculi ad me scribes, quid rei agas. In Castris ad Bredam 17. Sept: 1637.

J. Beuerouicio.